

uitres easdem haud seruāt, ad dijudican-
 dum penitus norma carent. Insuper li-
 cet distātia quēdā inter duo loca emen-
 sa exacte cognita fuerit, nō ideo tamen
 ratio ipsius ad totius terræ ambitū, nec
 positio, utriū ad æquinoc̄tialē seu po-
 los tēdat, patebit. Dimensio uero, quæ
 fit per cœli apparētia, certam de singu-
 lis his cognitionē affert, ostēditq; qua-
 lesnam circunferentias inuicem per lo-
 ca subiecta descripti, intercipient circu-
 li, parallelīq; & meridiani: hoc est, pa-
 ralleli circūferentias, quæ incidunt in-
 ter ipsos & æquinoc̄tialē, meridianorū:
 illi autem eas, quæ continentur ab
 ipsis, et æquinoc̄tialis, et parallelorū: ac
 etiā qualem circunferentiā duo interci-
 piant loca, circuli illius, qui in terra ma-
 ximus scribitur. Nihil deniq; stadiorū
 indiget dinumeratione, siue ad rationē
 earū partium, quæ à terra sunt, siue ad
 descriptionis circuitū uniuersum: suffi-
 cit enim supponere ambitum telluris
 in partes quotquot uouerimus, per to-
 tidemq; partes ostendere distācias in
 circulis maximis, super telluris superfi-
 cie descriptis. Sed forsitan ad diuiden-
 dum nostris dimensionibus totum am-
 bitū, aut partes illius in subiecta ac no-
 ta interualla hæc minus sufficient. Ideo
 huius rei gratia solū, necesse fuit uiam
 quandam rectā adaptare circūferen-
 tiæ, quæ iuxta cōtinentiam similis esset
 máximo circulo, ac rationem huius su-
 mere ad circulum qui fit ex apparenti-
 bus: stadiorum uero numerū, qui sub
 ipsa continetur, ex dimensione quæ fit
 à parte data, sicq; multitudinē stadio-
 rum totius ambitus demonstrare. Cum
 enim ex mathematicis præsupponat,
 continuam & terræ et maris superficiē,
 quasi per totas partes esse rotūdā, &
 idem centrum habere cum sphæra cœ-
 lestiū: sequitur etiā singulas ipsius inci-
 siones cōmunes, quæ ex centro in pla-
 num, necnon ex dictis emittuntur super-
 ficiebus, maximos in semetipsis facere
 circulos, angulosque in ipso plano ad
 centrū conclusos, similes circulorū in-
 tercipere portiones, distāciarū rarum,

quæ in terra sunt. Ac ideo quantitatem
 stadiorū, ubi directā fuerint, ex dimen-
 sionibus accipi posse: rationem uero
 quæ ad totum est ambitū ex ipsis qui-
 dem nullatenus, propter defectū per-
 tingentiæ parabola. A simili autem cir-
 cūferētia circuli cœlestis, recte sumun-
 tur, quoniam ratio illius ad propriū
 ambitum deprehendi potest, eadem au-
 tem fit & à simili parte circa terram, ad
 circulum in ea maximum.

In caput secundum annot.

Habet, inquit, geographia sua principia & fun-
 damenta quibus innititur, sine quibus nemo eam
 perfecte scire & acquirere poterit. Potissimum
 autem antecedens est historia itineraria et litera-
 rum monumenta, ab illis quidem tradita, qui plu-
 rima loca in terra mariq; certis longitudinum la-
 titud. num. quæ differentijs obseruarunt. Sine lu-
 stratione enim & regionum inspectione, nemo po-
 test recte aliquam describere prouinciam, qua-
 les tamen hodie multi inueniuntur, qui regiones,
 quas nunquam uiderunt aut peragrarunt præsu-
 munt describere, id quod fortassis & authori ipsi
 (absit dicto inuidia) imputari potest, qui Germa-
 niam nostram sine ulla obseruatione descripsis-
 se uidetur, cum nec meridiani nec designatæ po-
 li eleuationes locis ipsis respondeant. Declarat
 consequenter duplicem esse historiam, unam geo-
 metricam alteram meteoroscopiam, & hanc qui-
 dem faciliorem & incertiorem, illam uero per-
 fectiorem & infallibilem affirmat. Geometrica
 per tenuem mensurationem distāciarum, ipsas
 locorum positiones adinuicem ostendit. Meteoros-
 scopia uero idem per cœlitus apparentia, cum
 astrolabijs & sciotheris instrumentis efficit. Nec
 satis est scire, quantum hic locus ab illo distiterit,
 nisi & hoc sciatur, ad quam mundi plagam uer-
 gat itineris inclinatio, id quod sine instrumento-
 rum obseruatione haud facile effici potest, quæ me-
 ridianæ lineæ positionem manifestant: qua cogni-
 ta, expetita distācia atque inclinatum iter facile
 deprehendi possunt. Addimus tamen & hoc, si-
 ne cœlestiū inspectione posse inueniri lineam me-
 ridianam & ex cōsequenti reliquas plagarum in-
 clinationes, nempe per magnetem, quo hodie pas-
 sim nautæ & ingeniosiores uiatores utuntur. At
 poli eleuatio sine superiorum inspectione habe-
 ri nequit. Caterum meteoroscopia instrumenta,